Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Gregorius Pp. S. Isidorus conf. S. Theophanes & vxor MM 12. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Gregorius Pp. S. Iſidorus conf.
S. Theophanes & vxor M.M. 12. Mai.

Manſuetudo.

Chriſti erimus diſcipuli ſi manſueti fuerimus, & mitis ingenij. Chryſoſt.

Deus qui animæ famuli tui Gregorij (B. Iſidori conf. S. Theophanis & eiuſdem coniugis MM. tuorum) æternæ Beatitudinis præmia contuliſti: concede propitius, ut qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, eius (eorum) apud te precibus ſubleuemur. Per D. N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro Eccleſia, &.

1. S.Gregorius M. pontifex Maximus, tam maximo munere dignus, quã ſe eo indignum iudicavit. Peſte graſſante atrociter Romæ promotus, ſupplicationum inſtantia eius vim fregit. cunctis manſuetisſimè & fortisſimè providit; Anglos ad fidem misſis Legatis adduxit; imo ſingulos curavit, adeo vt diffidentis de Tranſubſtãtiatione panis in Euchariſtia mulieris dubium ſuſtulerit, impetrato ſigno mutationis in hoſtia factæ. denique diues meritorum obijt A 604.

2. S. Iſidorus Hiſp. agricola pietatẽ in laborioſa vita cunctis prætulit. Et illo decedente memoria eius, & nomẽ & oſſa in veneratione ab A 1170. fuerunt.

3. B. Theophanes Conſtantinopolitanus, Sponſæ ſuæ Virginitatis ſtudium perſuaſit, & quanquam aduerſis multis idcirco oneratus ſit, curſum tamen cum ea tenuit.